



PAX INTER BELLA QVIESQVE,

*qua*

in ipso natali

Serenissimi Celsissimique Principis ac Domini,

DOMINI

WILHELMI  
ERNESTI,

Ducis Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ ac Montium,

Angariæ & Westphaliæ,

Landgraffii Thuringiæ, Marchionis Misniæ, Comitis Hennebergiæ, Comitis Marcaæ ac Ravensbergæ, Dynastæ in

Ravenstein,

Domini ac Patris Patriæ nostri Clementissimi

die XXX. Octobr. Anno M. DCC.

Cum omnium piorum fideliumque

subditorum gaudiis,

inter vota ac supplicia devinctissimorum feliciter

fauſeque redeunte,

quanta maxima fieri potuit humilitate

delineata,

ad Orationem encomiasticam, hac ipsa festivi-

tate Genethliaca,

in summa devotionis ac pro liberali mensa

euχαριστικην.

Discipulo primæ Classis pientissimo juxta modestoque

ZACHARIA RHOSTIO. Mega-Brembach.

Serenissimum nostrum Antonino Pio

comparaturo

&

adepta jam in academiam abeundi venia,

valedicturo

crastino die hora IX. antemeridiana nomine Alumnorum

publice recitandam.

Omnes Megistanes hujus urbis, statores litera-


rum ac Fautores salutis publicæ per officiose ac

PHILIPPVS Grossgebaur / Rect. Vinar.

VINARIE, Literis MÜLLERIANIS, Typogr. Aul.

30/10 1700

14




Aevus adhuc armisque potens spectacula Mavors  
Tristia, profuso sanguine, Teuto, dedit  
Non fuit hostili tellus certamine tuta,  
Qua rubet Eoo candida sole dies;  
Quave sub occiduo condens jubar æquore Titan,  
Aurea luciferis frena resolvit equis.  
Nam Mahometigenæ Phlegethontia semina gentis  
Vastarunt gladio Pannonis arva suo.  
His similes curvis Saturni falcibus enes,  
Atque venenosò spicula felle madent.  
Corneus heu quantos Germanos sustulit arcus,  
Quique celer ventos vincere posset, eques!  
Innocuo rubuit commixtus sangvine, truxque  
Evolvit rigidas corniger Ister aquas.  
Ingemuit Savus, Dravusque cohorruit atrox,  
Vidit ut ad ripas funera strata suas.  
Fulmine contremuit belli Germania tota,  
Cinxerat ut muros Turca, Vienna, tuos.  
Cornua Danubius septemplex curva retorsit,  
Et stomachosus ait: Dace quid ista? tace.  
Aspice de turri lunam tua signa bicornem,  
Qua sancti debes fœderis esse memor.  
Nulla Saraceno fuit ast reverentia legum:  
Obtento perit fasque pudorque fago.  
Et pietas divina Getis & fœdera savis,  
Et ferro jacuit judice strata fides.  
Hinc male tergeminis cesserunt prælia lustris,  
Perfidæque Scythis Mars ferus ultor erat.  
Terga dabat retro fugiendo barbarus hostis,  
Ad te se facta clade, Tybisce, gemens.  
Subdidit ast tandem Gnosas gens fracta pharetras,  
Et Leopoldino colla superba jugo.  
Interea prono qua se se lumine Titan  
Condit, Teutoniae Gallus adurit agros.  
Hic feritate Getis non dispar fulminat ense,  
Quem capit in jugulum stringere, Teuto, tuum.  
Bastarnæ crepuere suis hastisque Sicambri,  
Atque manus manibus conseruere feras.  
Frangere Vangiones Gallorum gesa trucesque,  
Sunt ausi flameis signa cruenta suis.  
Hinc ruit hostilis denso mox agmine turba,  
Atque fodit gladiis ora latusque ferox.  
Effundit tantâ lacrimas ex clade Thuiscon,  
Pignorâ quum fævo Marte peremta videt.  
Rheni devictus radit jam marmora tonsis,  
Et tremulus legnes navita findit aquas.  
Subjectos Nicrum ludit Mœnumque Garumna,  
Qui pandit tumida carbasa plena rati.  
Denique post ignes, cædes, post multa refusit  
Prælia pax, nobis quam, male Galle, dabus.  
Fama per Europæ vix dum volitaverat agros,  
Halcyonum nitidos jam rediisse dies;  
Ecce Lycaonia tempestas surgit ab Arcto,  
Et furit horrisona grandine nimbus atrox.

Atto-

Attonitus sua stat vertens farraca Boötis  
Et spissa sidus nube recondit iners.  
Nam movet Arctois gelidi maris accola Cimber,  
Holsatos contra signa cruenta viros.  
Tonningæque quatit suffoscos ariete muros,  
Et pia malleolis templa domosque ruit.  
Martius at Banirus sic propugnacula servat,  
Ut dare cogatur Cimbrica turba fugam.  
Holsato sociat Quelphus sua castra manusque,  
Flumen ut undosum transiit, Albi, tuum.  
Jungit hyperboreo septem subjecta troni  
Gens, qua balistis Hafnia pressa fuit.  
Scilicet & Danis Sveci, quibus Amphitrite,  
Balthica lambit humum, bella nefanda cident.  
Latius hinc sece fundunt incendia belli,  
Et capiunt ripas incluta, Riga, tuas.  
Nam procul à Viadro Polonus acinace cinctus,  
Livoniae pingves depopulatur agros.  
Moesta Duina rubet, Svecis tot vulnera passis,  
Et quod spumiferis Saxo sit haustus aquis.  
Cernimus & Moschos superasse Borysthenis oras,  
Narvae clausuros ostia tuta trabe.  
Barbarus hic miles vino confusus adusto,  
Ense virosque necat, delet & igne domus.  
Alter in alterius sic viseera sœvit, ut olim  
Gens, qua Cadmeo semine nata fuit.  
Nec sic aëta furit rabie Gangetica tigris,  
Si qua vel est catulis orba leæna suis.  
Ast fremat Arctophylax custos Erymanthidos ursæ,  
Et vagus horrendo Vistula Marte furat;  
Principe sub nostro Wilhelmo, quemque, repulsis  
Armorum curis, pax requiesque fovet.  
Cujus natalis duplicato sole refulget,  
Ex animoque suo nubila densa fugat.  
Corporis hoc vires animique videmus aductas:  
Mite serenata fronte coruscat ebur.  
Candida malarum facies: os purpura tingit:  
Utraque subrubuit sparsa pudore gena.  
Sicuti Cyrrhæis multum spectabilis arvis,  
Quum movet Aoniam pulcer Apollo lyram.  
Aut velut à victis retulit qui vellera Colchis,  
Tyndarides, cygno progeneratus, erat.  
Hujus in autumno revirescit vita salusque,  
Et resicit vires, quæ periere, novas,  
Tempore quo roseos deponit Flora capillos,  
Et rugas patiens langvida marcat anus.  
Tempore, quo viridi tellus non vernat in herba,  
Pallida sed glauca contrahit imbre comas;  
Quo ruit irato furibundus turbine caurus,  
Hoc Dux natali luce nitente viget.  
Hoc Duce vel nobis, inter minitantia bellum  
Fulmina, pax pleno sidere grata micat.  
Ipse per affines venator retia campos,  
Tendit & indicit bella nociva feris.  
Hunc sequitur Dorceus & Aëlio cursibus acer,  
Naribus Ichnobates, Lausus & Hippa virum.

Exci-

Excipit his cervum ramosâ frônte fugacem,  
Donec ab insidiis, Delia casta, cadit.  
Seu petit his apros, ursamve Libystida , nullo  
Spartaca terretur milite turba malo.  
Pastor ad hæc ovium,densæ sub tegmine fagi ,  
Fessa per undisonas membra soporat aquas.  
Mox, Amarylli, tuas modulatur carmine laudes,  
Et canit in patulis te Melibœus agris.  
Quicquid frugiferis durus demessuit arvis ,  
Id quatit aptato fuste colonus agri.  
Tritaque sub fossas condit frumenta cavernas ,  
Aut grandi Cererem distrahit ære suam  
Dum Pomona suos coluit felicior hortos ,  
Jam capit is largas fertilitatis opes.  
Decerpit grauidis hirsuta cydonia ramis ,  
Hirtaque de tenera mespila fronde legit.  
Castaneasque nuces & frangit amygdala septis ,  
Nux quoque de corylo Pontica grata placet.  
Nec satis hoc : viti gemmantis detrahit uvas ,  
Et pede calcatas, vecte premente, domat.  
Exin mellifluis spumat vindemia baccis ,  
Et vomit in patulos musta liquata lacus.  
Vinitor hoc dulci miscet carchesia Baccho ,  
Et bibit, ut vitro stilla nec ulla micet.  
Icto dum capiti fervor numerusque lucernis  
Accedat, mens & sit tumulata mero.  
Interea Corydon trahit ut fidusque Menalcas ,  
Ambo coronatis vina Calena scyphis ;  
Instruit anserulum Trojanum Fauna, veruque  
Versatum cœna torret in igne caput.  
Addit olus præpingue viro cum jure nigello ,  
Caseus in quadra, sèpe placenta placet.  
Hisce dies dapiibus fallunt, hæc gaudia captant ,  
Dux, sub præsidio femina virque tuo.  
Exclamantque: Deus nobis hæc otia fecit ,  
Mars fremat, hoc pax est & duce grata quies.  
Ergo natalis, qvum lata relaxerit hora ,  
Pro vestra, Princeps, mitto salute preces ;  
Et quotiens nitido subducta crepuscula cœlo ,  
Ortaque roriferæ tempora noctis erunt.  
Et qvum Leucothœ pulsis Hyperione stellis ,  
Extulerit roseas ore micante genas.  
Vive diu, Princeps, & Dux celissime, vive ,  
Tempora natalis multiplicata vide.  
Hanc voveo nobis optato Lucifer ortu  
Advehat, hanc roseo sèpius axe diem.  
Tempora dum canis senii consperse capillis  
Ibis ad astrorum regna quieta. Vale.





PAX INTER BELLA QVIESQVE,

in ipso natali  
Serenissimi Celsissimique Principis ac Domini,

DOMINI

WILL  
ER

Ducis Saxoniam

Landgraffii Thuringia  
bergiae, Comitis

Domini ac

Cum or

inter vota ac

quanta n


ad Orationem e

in summ

Discipulo primæ

ZACHARIA  
Serenissim

crafino die hora



Montium,

Comitis Henne  
Dynastæ in

tissimi

que

feliciter

itate

.c ipsa festivi-

sa

modestoque

Brembach.  
Pio

lumnorum

Omnes Megistanes hujus urbis, statores litera  
rum ac Fautores salutis publicæ per officiose ac

amiciter invitat  
PHILIPPVS Großgebaur / Rect. Vinar.

VINARIÆ, Literis MÜLLERIANIS, Typogr. Aul,

30/10 1700

14